



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Venusinæ, postea Æsinatis, ac demùm
Parmensis Ecclesiæ Vicarii Generalis, &c. Formularium
legale practicum Fori Ecclesiastici**

in quo formulæ expeditionum usufrequentium de his, quae pertinent ... ;
cum appendice plurium constitutionum apostolicarum

Formularii Legalis Practici Fori Ecclesiastici Supplementum - In Quo Non
Solum Omnes Feré Formulæ, quæ in præcedentibus tribus Libris
continentur, novis quamplurimis adnotationibus Legalibus Practicis, ac
Sacrarum Congregationum Responsis roborantur; verùm etiam nonnullæ
aliæ, quæ ad Operis ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1732

Juramenti Abbatissæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62442)

cedit damno Monasterii, aut damno Episcopi, non autem deponentis, quia eligens Depositarium non idoneum, tenetur de Deposito; *Pignatell. consult. 166. p. 8. tom. 9.*

Eod. tit. 11. form. 20. pag. 339.

198 *Num. 4.* Ratio, cur debeant concurrere conditiones ibi enumeratæ pro licita retentione livellorum ea est, quia Monialis, sive alius Religiosus ex vi voti solemnitis sit incapax domini, & se explicat, & privat jure acquirendi salvo solo jure naturali utendi rebus ad sui sustentationem necessariis de licentia superioris Religionis; & idèd post votum emissum non potest ad felicitè nec validè revocare dominium, dominandi jus, aut capacitatem, qua se per donationem irrevocabilem privavit, ut ait *Passerin. de stat. homin. tom. 1. quest. 136. artic. 7. num. 74.*

199 Quare nisi Moniales sint semper paratæ livellum in manibus Abbatisæ resignare, & nisi de ejus licentia, & consensu uti vellint pro eorum necessitatibus; censentur proprietariæ, peccant, & pœnas Religiosis proprietariis à jure, vel Regula inflicti incurruni *Passerin. loco cit. num. 80. Tamb. de jur. Abbatis. disput. 8. quest. 3. num. 3. in fin. Graff. lib. 3. consil. de regular. cons. 8. num. 21. & 22. Zecch. de Repub. Eccles. de vot. Relig. cap. 4. num. 6. nisi constitutiones ordinis à Sede approbatæ aliud non permittant.*

Eod. tit. 5. form. 15. pag. 181.

200 *Num. 10.* In Abbatisæ confirmatione exigi solet, imò debet juramentum fidelitatis desumptum ex Pontificali tenoris sequentis.

FORMULA

Juramenti Abbatisæ.

E Go N. Monasterii N. electa, & ordinanda Abbatisa promitto Deo, & sanctis ejus, & coram hac solemnè Sororum congregatione fidelitatem, dignamque subjectionem, obedientiam, reverentiam Matri meæ catholicæ Ecclesiæ; Tibi N. Domino Meo ejusdem Ecclesiæ Episcopo, (sive Archiepiscopo, sive Prælato,) & successoribus tuis secundum Sacrorum Canonum instituta, & prout præcipit inviolabilis auctoritas Pontificum Romanorum: sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Jesu Christi Evangelia.

Hæc juramenti præstatio debet registrari in libro Monasterii, & Cancellarius Episcopalis in Actis electionis, & confirmationis Abbatisæ de eo mentionem faciat, & præstitam fuisse testetur.

Tit. 12. form. 5. pag. 358.

Num. 4. Filii legitimi per subsequens matrimonium coæquantur in omnibus filiis legitimis, & naturalibus quoad omnes juris effectus, etiamsi in aliqua dispositione fuerit dictum, quod filii sint procreati ex legitimo matrimonio; quia legitimatio per subsequens est vera, & non ficta, ut pluribus cum relatis plenè probat *Rocc. disp. select. cap. 8. part. 4. tom. 1.*

Eod. tit. form. 7. pag. 362.

Num. 3. Concionatoris nominatio quoties incumbit universitatibus laicorum, ejus Priores, Consules, Sindici, aut Deputati in literis patentibus uti non possunt verbis. *Eligimus, & deputamus:* sed aliis scilicèt: *Nominamus, & presentamus,* uti ibi animadversum fuit, & sæpè sæpius declaravit *Sac. Congreg. Concilii,* ut ex Decretis dicto loco relatis, quibus nunc hic adde aliam declarationem in *Eugubina 1. Martii 1687. & in Ripana 21. Maji 1707. in qua*

rel-